

QVÆSTIO LXVIII.

SVMARIA. Ex Claro.

1 Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprie-

ADDITIONES.

Nunquid dominus, qui non facit iustitiam, vasallo, priuetur proprietate. Illud hoc loco notandum, quod quibus ex causis vasallus feudo priuatur ex iisdem a parte domini conuenientibus, dominus proprietate priuetur, per text. in c. 1. §. domino. si de feudo. functi contentio sit inter dom. & agnat. val. tit. 26. & in c. 1. qual. dom. propriet. feud. priuet. tit. 47. lib. 2. F. Borch. in Coment. in consuet. feu. c. 8. n. 133. Sunt ete-

QVÆST. LXVIII.

Verò, nunquid dominus, qui non facit iustitiam, vasallo, priuetur proprietate feudi? Resp. quod sic. Ita tenet gl. in c. 1. item qui domino, in verbo, iustitiam, que fuit prima causa benef. amit. & illam gl. Doctores sequuntur, vt

rate feudi. Ex Additionibus.

1 Quibus ex causis vasallus priuatur feudo, ex iisdem dominus priuatur proprietate. 2 Statutum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud. 3 Dominus proprietate priuatur, si vasallo non fecerit iustitiam.

nim dominus, & vasallus relatiua, ac correlatiua: & statutum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud. l. vt. C. de iudic. vi. dicit. tollen. l. i. C. de cupressis. Hinc rectè affirmatur, dominum ¶ feudi proprietate, quia in feudo habet, priuari, si non faciat iustitiam vasallo: c. 1. in fin. de milit. vasal. qui cõm. est, gl. in c. 1. §. 2. vers. porro, verb. iustitiam, que fuit prima causa benef. amit. tit. 24. lib. 2. F. Quam glo. referunt, & sequuntur post Clarum hic, Borch. d. c. 8. in Epit. feu. par. 1. o. n. 82. Vult. lib. 1. de feu. c. 11. nu. 52. pag. 767. & alij. Harprec.

QVÆSTIO LXIX.

SVMARIA. Ex Claro.

1 Dominus negans inuestire vasallum de feudo, an cadat a pro-

ADDITIONES.

Dominus de negans inuestire. Occurrit notabilis quæstio, An Imperator possit imponere onera locis prius in feudatis retenta infidelitate, & maxime quado imponit onera pro necessitate belli. Vide per Cephal. consil. 154. Giach.

QVÆST. LXIX.

Verò, an dominus a de negans inuestire vasallum, dum amitit, qui inuestituram intra annum, & diem non petierit; ita dominus quoque proprietatem feudi amitit, si vasal-

prietate feudi. Ex Additionibus.

1 Sicut vasallus feudum amitit, qui inuestituram intra annum, & diem non petiit: ita dominus proprietatem feudi perdit, si vasallum inuestituram petentem, intra legitimum tempus non inuestierit.

lum, inuestituram petentem, intra annum, & diem non inuestierit, arguit gloss. in cap. 1. in fin. per quos fiat inuestitur. & ibi Bald. Jacob. de Beluio, Aluarot. & alij. Syluan. de feud. recogn. quæst. 30. Vvrmbefer. in pract. obseru. tit. de feud. obseru. 30. Hartmann. Hartmanni in pract. obseru. tit. de feud. obser. 9. circa medium. Rolandin. à V. alle. consil. 18. nu. 22. volum. 1. Vulteis libro primo de feud. capit. 11. nu. 52. vers. hinc est. pagin. 767. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. nu. 135. & monitum supra ad quæst. 49. num. 7. Harprec.

QVÆSTIO LXX.

SVMARIA. Ex Claro.

1 Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo, sicut vasallus

ADDITIONES.

Nunquid dominus teneatur iurare fidelitatem vasallo. Quod si dominus ad præstandum vasallo suo fidelitatis iuramentum obligatus non sit, crebrior, veriorque est sententia. Tum quia feodorum placitis cautum nõ extat, vt & dominus de fidelitate vasallo promittat, teste hic Claro nostro. Tum etiam quia licet patrono suo iuret libertus: huic tamẽ ille iurare nõ tenetur, l. qui bona 13. §. pen. ff. de damn. infect. Atque ita sentiunt Petr. Rau. Martin. Laud. Frid. Sch. in tit. 6. de for. fidel. lib. 2. F. Iac. de S. Georg. in tract. de

QVÆST. LXX.

Verò, nunquid dominus teneatur iurare fidelitatem vasallo, vt vasallus? dominus? Resp. quod non. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Qui quidem inuestiti, nu. 16.

aus domino. Ex Additionibus.

1 An dominus vasallo fidelitatem iurare teneatur. 2 Libertus patrono suo iurat: non item patronus liberto.

feu. in verb. qui quidẽ inuest. n. 16. Afficit. decif. 265. nu. 3. & 4. Euer. in Top. legalib. in loco a correlatiuis. nu. 11. eosq. referens D. Collega Bocer. in tract. de inuest. feu. c. 4. n. 47. Neq. refragatur text. in d. tit. 6. §. ult. lib. 2. F. ubi expressum est, quod & dominus uasallo suo fidelis esse debeat. Iubetur. n. dominus eo loco fidelis esse uasallo suo: at ei sit similiter promittat fidel. non cauetur D. Bocce. d. c. 4. n. 48. Harp. b. ¶ vasallus domino. Licet dominus, & uasallus sint correlatiua, & quæ sit tuitur i uno, intelligatur et statutu in alio: hoc tñ fallit in homagio, & fidelit. quæ præstat uasallus domino, secundũ Bocer. in comm. ad consuet. Bitur. in tit. de feud. §. 15. in gloss. ult. Gou.

QVÆSTIO LXXI.

SVMARIA. Ex Caro.

1 Dominus alienans vasallos inuitos in alium, an priuetur proprietate feudi.

Ex Additionibus.

1 Dominus alienans vasallos inuitos, proprietatem feudi amitit.

QVÆSTIO LXXII.

SVMARIA. Ex Claro.

ADDITIONES.

Villa applicetur. Domino delinquenti, & proprietatem amitente, cui nam ea sit applicanda & concedenda, post Clarum hic nostrũ, & alios, quos referunt, exquisite Ioan. Botcholt. in Commentar. in consuet. feud. c. 8. nu. 153. & Rosenthal. in tract. feud. cap. 11. conclus. 1. & multis subsequenti. Harprec.

Verò, quando dominus propter aliam quam eius culpam priuatur proprietate feudi, cui illa applicetur, an vasallo, an superiori domino, an agnatis ipsius inferioris domini? Respo. quod in hoc varia fuerunt opin. Doct. Sed gloss. in cap. 1. gloss. 1. quali. do. feud. prop. priue. tenent, quod directũ dominum consolidetur cum utili, & sic, quod appli-

QVÆSTIO LXXI.

Verò, an dominus alienans vasallos inuitos in alium priuetur proprietate feudi? dixi supra q. 28. vers. Sed quæro.

ADDITIONES.

An dominus alienans vasallos inuitos, & c. Quod dominus alienans vasallos inuitos in alium, proprietate feudi priuetur, satis constat ex ijs, quæ dicta sunt supra ad quæst. 28. num. 1. Eaque de re, post plures alios a se citatos, laudissime differant Henricus a Rosenthal. in tract. iuris feud. c. 9. membr. 1. conclus. 62. Harprec.

1 Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur.

Ex Additionibus.

1 Domino proprietatem amitente, cui nam ea applicetur.

QVÆST. LXXII.

Verò, quando dominus propter aliam quam eius culpam priuatur proprietate feudi, cui illa applicetur, an vasallo, an superiori domino, an agnatis ipsius inferioris domini? Respo. quod in hoc varia fuerunt opin. Doct. Sed gloss. in cap. 1. gloss. 1. quali. do. feud. prop. priue. tenent, quod directũ dominum consolidetur cum utili, & sic, quod appli-

5 Feudi successio pendet a domini concedentis voluntate.

6 Vasallus, inter pares eiusdem civitatis officio iudicis fungitur.

7 Filia vasalli, quantumvis armis adueta, in feudo non succedit.

8 Idem iuris est, etiam si feudum generaliter primo acquirenti, & eius heredibus fuerit concessum.

9 Appellatione heredum in feudis qui intelligantur.

10 Femina a feudi successione excluditur licet illud alicui, & heredibus eius quibuscunque datum.

11 Dicitio quibuscunque ad personas habiles restringenda.

12 Quod feudum dicatur hereditarium, secundum communẽ opinionem.

13 An femine in ecclesiasticum feudum succedant.

14 Quibus casibus etiam femine ad feudi successione m admittantur.

15 Quorundam inclusio est aliorum exclusio.

16 Fidelitatis capitula feminis non conueniunt.

17 Quo casu ecclesia indigeat auxilio virorum.

18 Ius succedendi in ecclesiasticum feudum per consuetudinem feminis tribui potest.

19 Equid mulier in feudum emptitium succedat.

20 Feudum in vna sui parte alteratum, in ceteris suam naturam retinere.

21 Nunquid femina succedat in feudum francum.

22 An femina patri suo succedat in feudum, pro quo seruitium eius modi est præstandum, quod femina non minus decenter, ac masculus, explicare potest.

QVÆSTIO LXXIII.

SVMARIA. Ex Claro.

Femina an succedat in feudo. Ec quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & iurisdictionem. Et quid si expresse sint vocata femina in inuestitura. Et quid interstet, an inuestitura concepta sit per verba, masculis & feminis, vel masculis cum feminis. Et quid si feudum fuerit a principio concessum feminis. Et quid in feudo empto. Et quid in feudo pro quo nullum seruitium præstat. Et quid si seruitium ita possit præstari per feminam, sicut per masculum. Et quid si statutum, vel consuetudine introductum fuerit, vt femine in feudis succedant.

Ex Additionibus.

1 Iure feudali regulariter masculi tantum succedunt. 2 Femina ab omnibus ciuilibus officijs, ramota, munera militaria obire nequit. 3 Mulier virorum ceteris se immiscere non potest. 4 Eandem mulier ob sexus fragilitatem secreta sibi commissa retinere baud valet.

ADDITIONES.

Femina. Hic nota, quod femina a feudo pluribus rationibus videtur exclusa, quam sit clericus, vt per Socin. post alios quos, citat consil. 257. numer. secundo item quod femina excludatur communiter a successione feudali, quia incapax, communem plene opin. in verbo, Femina, ubi vide num. 12. & multis seq. & num. 10. & num. 11. ubi limitant. Et quinque rationes, ob quas re-

gulariter feminae excluduntur a feudo, assignat Bald. in l. quorties, C. de iuris, & legit. Giach.

An femina succedat in feudo. Iure feudali regulariter masculos tantum non etiam feminas succedere indubitatum est titul. 1. §. hoc autem notandum 3. titul. 8. de successione feudi, §. filia uero. lib. primo F. tit. 11. de success. fratrum. §. 1. uerf. ad filias uero. & tit. 50. de natura success. feudi. libro 2. Huiusq; ratio uaria, & multiplex afferri solet. I. Quia si femina ab omnibus ciuilibus officijs remota est. leg. 1. §. 1.

& l. 2. §. 1. ad SC. Velleian. l. 1. ff. de reg. iur. nec militaria mune-
 ra, sine seruitia (ob qua concedi feuda so. et. tit. 24. §. item qui
 dominum. lib. 2. F.) obire, & dominum armis in pugna iurare,
 & defendere potest, iusta Baldum in l. vltim. numer. 1. & 7. C.
 de iuis, & legit. Rolandum à Valle conf. 41. numer. 11. volu.
 4. Iacobin. de S. Georg in
 tract. de feu. in verb. Mar-
 chio in Italia, numer. 4.
 Alexand. consil. 10. num.
 2. vers. fed. præmissis. vol.
 5. Crauet. conf. 6. numer.
 77. volum. 1. Borcholt. in
 Commentar. in consuet.
 feu. cap. 1. nu. 19. & Vult.
 3 lib. 1. de feud. cap. 4. nu. 3 & c. 9. nu. 26. II. Quia ratione vere-
 cundie naturalis, ac honestatis publice, mulier cætibz virorū,
 maxime si illustri fuerit, imitari se non potest, arg. l. 1. §. se-
 cundo loco. §. ff. de postuland. l. si qua illustri §. C. ad SC. Orfi-
 cian. l. optimam 14. vers. cum itaq; C. de contrah. & commit-
 stipnat. Bald. in d. l. vlt. nu. 7. C. de iuis, & legit. Borcholt. d. cap.
 1. nu. 19. Schurer. in tract. de hered. qua ab intest. defer. tit. 9.
 III. Quia ob sexus imbecillitatem, seu fragilitatem (propter
 quam multis ca. sub. supposita, & obiecta est, d. l. 2. §. verba. ff. ad
 SC. Velleian.) & subtilitatem naturalem, secreta domini sibi
 commissa retinere, adeoque ea præstare nequit, quæ fidelitatis
 forma, feudorum iure præscripta, a vasallo exigit, tit. 5. 6. &
 7. lib. 2. Curt. iun. de feud. part. 3. membr. 1. nu. 1. Decian. conf.
 58. nu. 45. & 48. Sonsbecc. in Commentar. ad vñs feud. part. 9.
 nu. 120. Vult. d. lib. 1. de feud. c. 9. num. 26. Gregor. Rotbag. in
 certaminis masculo feminei acie virili. cap. 13. num. 13. & c. 23.
 5 IV. Quia feudi successio pendet a domini concedentis
 voluntate, quæ verisimiliter hæc est, vt soli masculi in feudum
 succedant. Quam rationem ceteris reiectis, latius explicat D.
 Bocer. in tract. de iure succedendi in feudum. capit. 3. q. 3. pag.
 124. & seq. V. Quia vasallus inter pares eiusdem curiæ iudi-
 care debet. c. vnic. de controuers. feud. ab. par. term. tit. 16. libro
 2. F. & cap. vnic. apud iudic. uel cur. domini quaest. feud. deb.
 termin. tit. 46. lib. 2. F. a quo tamen officio feminas publica lege
 remotas esse constat d. l. 2. ff. de reg. iur. l. fin. Cod. de recept.
 arbit. Vvibel. Forner. Aurel. Commentar. feud. sub. tit. di-
 uerfa. filior. parent. succed. genera. uerfic. iure ciuili filia, & c.
 De istis, & similibus rationibus uideatur etiam Henricus à
 Rosenth. in tract. iuris feud. cap. 7. conclus. 1. nu. 2. alijque per
 hunc allegati. Quamuis ergo filia uasallis armis adueta, &
 militiæ dedita sit: in feudum tamen succedere nequit, sicuti
 contra Andr. de Ifern. ad tit. 8. de success. feudi. §. hoc quo-
 que libro 1. F. eiusque asseclam Hierony. Garzonium in tract.
 de feminis ad feuda recipiend. col. 24. vers. uigefimo primo,
 & c. statunt Doctores communiter, Maet. Laudens. Matthæus
 de Afflic. Loriot. & Alnarott. in §. & quia de his, qui feud.
 dar. poss. tit. 1. libro 1. F. Petr. Rauen. in §. hoc autem notan-
 dum. eod. tit. Z. in Epir. feudal. part. 8. de feudi succes. numero
 36. Io. Thom. de Marinis. tit. 11. de feudo femineo. numer.
 22. Hartm. Pistor. lib. 2. q. iur. quaest. 34. nu. 3. D. Bocer. d. tract.
 de iure succedendi in feud. cap. 3. q. 3. Rosenthal. d. cap. 7. con-
 cluf. 34. num. 14. & alij, quos hic laudat. Licet item feudum ge-
 neraliter sit concessum primo acquirenti, & ius hæredibus, siue
 descendentibus: attamen filia primi acquirentis, vt quæ hac con-
 9 cessione non comprehenditur, in feudum non succedit. In fñtu
 tur enim appellacione hæredum, aut descendentium intelligun-
 tur tantum heredes feudales, qui mares sunt, non femina; per
 tex. expressos in tit. 1. 3. de alien. feudi. §. et si clientulus, lib. 1.
 F. & tit. 34. de lege Corradi §. similiter. lib. 2. F. Valent. Fro-
 ster. lib. 3. de successioneibus, capit. 24. numer. 4. cum seqq. Fa-
 chin. libro 7. controuers. iur. capit. 3. 4. 7. 42. & seq. Mynsiger.
 centur. 5. obseruat. 72. numer. 6. Henon. disput. 12. sub contro-
 uers. 5. Z. conf. 11. numer. 5. & conf. 13. num. 25. volum. 1. Decian.
 conf. 45. numer. 14. volum. 1. Rosenthal. d. cap. 7. conclus.
 10 31. numer. 4. Præterea in tantum a feudi successione femina
 excluditur: vt neque illo casu, quo feudum alicui, & hæredibus
 eius quibuscunque datum fuit, admitti uideatur, cum appellatio
 heredis, iure feudorum ad filios duntaxat uasalli pertineat, vt
 11 modo ostensum: & dictio, quibuscunque, restringenda sit ad
 personas habiles, & intelligenda iuxta materiam subiectam,

arg. l. vlt. & ibi gl. C. sine censu, vel reliquis feudum comparari
 nõ posse, l. 1. ibi, vnusquisque, C. de SS. Eccles. l. 1. ibi, quibuscu-
 que, ubi gloff. C. de fide instrumentor. cap. 1. §. vlt. de iure iur.
 in 6. Bald. in cap. 1. §. donare, numer. 4. qualiter olim poterat
 feud. alienari: tit. 9. libr. 2. F. & ibidem Martin. Laudens. Præ-
 pos. & Schenck Baro,
 Alex. conf. 30. numer. 11.
 vol. 1. Corn. consil. 199.
 numer. 69. vol. 2. Rubens
 consil. 110. numer. 9. Dec.
 conf. 171. numer. 6. & conf.
 185. vers. secundo respon-
 detur, & conf. 193. num.
 5. in fin. & conf. 208. nu.
 11. Beccius conf. 101. numer. 38. Cephal. conf. 2. num. 15. Bar-
 bat. conf. 63. num. 11. libr. 1. Menoch. conf. 1. nu. 456. in epitom.
 feud. part. 8. num. 62. vers. quid autem si feudum, & c. Vulteus
 12 lib. 1. de feud. cap. 9. nu. 29. in fine, Quia vero longo usu, com-
 munique applaui recepte est opinio eorum, qui feudum hæ-
 reditarium esse volunt, quoties in inuestitura hæredis facta est
 mentio: ac proinde illud etiam ad feminas, & quoscunque
 alios hæredes transire afferunt: certe ab istac opinione in praxi
 recedendum non erit. Eamque comprobarunt Bald. sibi non
 constans in l. 1. q. 45 & 48. ff. de rer. diuis. & in cap. in presentia
 num. 20. de probat. Curt. iun. in tract. feu. par. 3. nu. 62. las. in l.
 2. nu. 198. C. de iur. emphyteut. Albert. Brunus conf. 16. vers.
 quintus est etiam casus. Soc. fen. conf. 297. vol. 2. Soc. iun. conf.
 72. nu. 23. vol. 1. Gozad. conf. 6. nu. 43. & conf. 8. num. 25. Ro-
 land. à Valle conf. 3. nu. 65. & conf. 60. num. 49. & conf. 96. nu.
 37. vol. 1. & conf. 79. nu. 34. vol. 2. & conf. 1. num. 47. vol. 3. Ri-
 min. conf. 65. num. 19. Crauet. conf. 256. Bruset. conf. 22. vol. 1.
 Fachin. l. 7. controuers. iur. cap. 6. Villalobos in communib.
 opinionib. lit. F. num. 2. & Soarez. thesaur. recept. sentent. lit. F.
 num. 99. alijque plures, quos referunt, & sequuntur Schrader.
 in tract. feud. part. 7. c. 3. nu. 1. & Hartman. Pistoris lib. 2. quaest.
 1. num. 39. Sed & communis, eaque vera Doct. conclusio est,
 13 feminas regulariter nec in ecclesiasticū succedere feudum.
 Tum quia textus iuris feudalis generaliter desincunt, feminas
 in feudum non succedere d. tit. 1. §. 3. & d. tit. 8. in princ. &
 §. filia uero, lib. 1. F. tit. 11. §. 1. vers. ad filias uero, & d. tit. 50.
 14 lib. 2. F. Tum quia in feudorum iure duo tantum nomina
 exprimuntur casus, quibus femina in feudum succedunt, quo-
 rum prior est, si femineum sit feudum, vt quod primitus femi-
 næ datum est, alter, si hoc tenore datum sit feudum masculo,
 vt in illud femina quoque succedat, d. tit. 8. §. filia uero, lib.
 1. F. & d. tit. 50. uerfic. proles enim, ibi, nisi, eius conditionis sit
 feudum, uel eo pacto acquiritum, & d. tit. 50. in princip. ibi,
 15 nisi ex pacto, uel nisi sit femineum, libro 2. F. in clausula, autem
 quorundam, est aliorum exclusio, argumen. l. cum prætor. 12.
 in princip. ff. de iud. leg. questum 12. §. idem respondit. 43. §. de
 iur. instr. uel instr. leg. & l. si cum dotem 22. ibique Doct.
 16 ff. solut. mætri. Menoch. conf. 258. numer. 29. Tum quia fide-
 litas capitula, in tit. 5. 6. & 7. libro 2. F. expressa, feminis non
 17 conueniunt, etiam in ecclesiasticis feudis. Tum postremo
 quia licet Ecclesia alijs bellum non intendat: si tamen bello ab
 alijs prematur opus habet, uirorum auxilio, quo aduersus uim
 hostis defendatur. Et ita tradunt Marius Laudens. in tit. 1.
 §. & quia uidimus, n. 13. libro 1. F. Curt. iun. in tract. de feud.
 parte 3. membr. 1. numer. 4. Schrader. in tract. feud. part. 7. cap.
 4. numer. 36. Menoch. de adipic. possess. remed. 4. numer. 382.
 Fichard. conf. 15. num. 8. to. 2. Vulteus lib. 1. de feud. capit. 9.
 num. 48. pag. 426. Rosenthal. d. tract. feud. cap. 7. conclus. 31.
 num. 6. & 7. hofq; referens D. Bocer. d. tract. de iure succeden-
 di in feud. cap. 3. quaest. 25. ubi ci ea ad finem recte subijcit;
 18 ius succedendi in ecclesiasticum feudum feminis consuetu-
 dine tribui posse, per textum in tit. 1. lib. 2. F. cum per eiusmodi
 consuetudinem ad naturæ ius redeatur, l. maximum uitium 4.
 C. de liberis præterit. uel exheredat. §. item uelustas 15. uerfic.
 Diui autem Principes, & §. seq. Instit. de hæredit. qua ab inter-
 stat deferunt. Harprec.
 b Non succedat. De iure communi femina succedunt in
 omnibus bonis immobilibus, seu hæreditarijs, & in regnis du-
 catibus, comitatibus, iurisdictionibus, feudis, & c. secundum
 consuetudines diuersorum locorum, ut not. Imperat. Petr.
 de

de Anchar. Philipp. Franc. in cap. grandi, de supp. negl. præ-
 & Bald. & Card. Alexand. in cap. 1. §. hoc autem, qui feud.
 dar. poss. vide Boerium consil. 10. num. 3. Gouean.
 c Deficientib. masculis.]
 Adde, vt per Io. Ceph. in
 conf. 258. nu. 15. ubi alios
 concordantes allegat.
 Giach.
 d Masculis deficientib.]
 Nam quamdiu superest
 masculus, femina non ad-
 mittitur, secundum com-
 munē per Burfat. conf. 63.
 nu. 7. & 9. lib. 1. Gouean.
 e Feudo empto.] Vide
 per Rolan. nouissime in
 conf. 41. vol. 4. & cõf. 40.
 eod. ubi plenius. Et femi-
 na quando sit cap feud
 empti, vide per Caph. in
 conf. 172. nu. 12. ubi dicit
 feminas esse capaces, si
 feudum simpliciter esset
 emptū integro pretio, nec
 aliud seruitium esset præ-
 standum. Sed istud secun-
 dum requisitum non pla-
 cet auctori. Giach.
 Sed quid in feudo em-
 19 pro.] Est q̄ multi existi-
 mant, feminam in feudū
 emptiū succedere posse,
 Odofred. hic à Claro rela-
 tus, & approbatus, las. in
 l. 1. num. 51. C. de iur. em-
 phyt. & conf. 57. num. 3.
 vol. 1. Roman. conf. 367.
 nu. 12. & ibid. Mandos. in
 addit. & singul. 184. Ruin.
 conf. 18. nu. 18. volum. 1.
 Gozad. conf. 9. nu. 55. &
 conf. 56. nu. 19. Campeg.
 inter Bruni conf. 11. nu. 7.
 Bolognet. conf. 9. num. 55
 & conf. 10. num. 47. Nat.
 conf. 216. num. 3. & seq.
 vol. 1. & conf. 393. num. 8.
 volum. 2. Roland. à Valle
 conf. 2. num. 3. & 33. conf.
 48. nu. 7. & conf. 9. nu. 13.
 vol. 4. Ant. Rubens conf.
 110. nu. 3. Dec. conf. 208.
 nu. 2. & conf. 269. num. 4.
 & conf. 424. num. 14. &
 498. nu. 14. Cephal. conf.
 3. num. 15. & conf. 173.
 num. 8. Decian. conf. 58.
 num. 50. Matth. Gribald.
 in thes. comun. opin. lit. F.
 in verb. in feudo empto.
 Schurerius in tractat. de
 hæredit. qua ab intest. de-
 fer. tit. 9. limit. 5. Menoch.
 consil. 498. num. 17. cum
 seqq. lib. 5. & Andr. Gail.
 lib. 2. obseruat. 159. nu. 3.
 & seqq. attamen contra-
 rium, uidelicet feminam
 in feudum emptitium nul-
 lo modo posse succedere, longe uerius, & receptius esse cen-
 seo. Tum quod generaliter femina in feudum succedere iure
 feudorum uetatur, duobus casibus exceptis, quorum superius
 num. 14. mentio facta est: inter quos hic non reperitur. Tum

quod femina præstare ea nequit, quæ forma fidelitatis a uasal-
 lo desiderat atque exigit, sicuti arguit tex. in d. tit. §. 6. & 7.
 lib. 2. F. Et licet feudum pecunia comparatum, ob id, quod
 contra cõmunem feudo-
 rû naturam gratuitū non
 est, impropriti uideri pos-
 sit: in reliquis tamē, quæ
 de natura feudi esse di-
 cuntur, sicque etiam, si de
 eius successione quæra-
 tur, propria suâ naturam
 retinet, per tritam illam,
 ac uulgarem regulam;
 20 quod f̄ feudum in vna
 sui parte alteratū, in ceteris
 suam naturâ retineat.
 tit. 48. de feudo non ha-
 bente propriam feudi na-
 turam lib. 2. F. Socin. in l.
 Gallus 29. §. & uidetur
 12. in verb. etiam si paren-
 te. col. 2. vers. quam con-
 clusionem limitat. ff. de
 liber. & posthum. hære-
 dib. institut. Quod autem
 Doctor. præallegati pro
 confirmatione suæ opi-
 nionis asserunt, feudum
 emptum esse inlar bono-
 rum allodialium, atque
 in eo succedi iure contra-
 ctus emptionis uenditio-
 nis, non iure feudi: id ip-
 sum est, de quo queritur,
 (vt Logici vocat) petitio
 principij, & probatur in-
 certum per æque incertum:
 imò uero iam non
 feudum, sed allodium di-
 cendum esset. Et hæc sen-
 tentiam ita defendunt, &
 amplectuntur Andr. de
 Ifern. Mart. Laudens. &
 Præpos. in c. 1. §. & quia
 de his, qui feud. dare poss.
 in vñs feud. Z. in epito.
 feud. pa. 8. nu. 37. & part.
 12. nu. 21. Hanneton. lib.
 2. de feud. c. 8. Sonsbecc.
 in Commentar. ad vñs
 feud. part. 9. num. 122. Pi-
 stor. lib. 2. quaest. 34. nu. 8.
 & quaest. 38. num. 47. Al-
 ciat. respon. 170. num. 3.
 Mynsiger. cent. 5. obser-
 uat. 73. Borcholt. in Com-
 metar. in consuet. feudor.
 cap. 7. nu. 65. Garzon. in
 tract. de fem. ad feud. re-
 cip. restrict. 6. Kirchoiuis
 in thesaur. comun. opin.
 cent. 3. conclus. 46. num.
 14. Schrader. dict. tracta.
 feud. par. 7. cap. 4. num. 5.
 Vult. d. lib. 1. feudo. cap. 9.
 nu. 44. D. Bocer. d. tract.
 de iure succed. in feud.
 cap. 3. quaest. 26. Fachin.
 lib. 7. controuers. iur. cap.
 37. Gothofred. Anton. disput. feudal. 6. th. litera F. Niellius di-
 sputat. feud. 5. the. sub litera A. Rudiger. lib. 1. variar. lectio-
 iur. feud. cap. 32. num. 3. & sequenti. Rosenthal. d. cap. 7. con-
 cluf. 34. nu. 7. (sub litera K. alijque per eum citati. Harprec.
 Nullum